Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

modum connexa sint omnia: sicut radios uidemus in rota: Quae autem
leuia sunt. ut nebula fumusque: a medio deferuntur: ut celum pe
tant: Quid dicam de his: nescio: qui cum semel aberrauerunt: constanter
in stultitia persenerant: & uanis uana defendunt: nisi q eos in hoc dū puto
aut loci causa phan: aut prudentes & scios mendacia defendenda sus
cipere: Quasi ut ingenia sua in malis rebus exceant: uel ostendant:
At ego multis argumentis probare possum nullo modo fieri posse: ut ce
lum terra sit inferius: nisi & liber iam concludendus esset & adhuc aliq
restarent: que magis sint pūti opi necia: Etqm singulorum errores per
currere non est huius libri opus: satis sit pauca emitasse: ex quibus possit
q̄lia sint ceteri: intelligi:

Nunc pauca nobis de phiam eōi dicenda sunt: ut confirmata
causa poremus: Sūmus ille noster Platonis imitator existima
uit phiam non uulgarem esse q eam non nisi doctis homines
assequi possint: Estimquit phia paucis contenta iudicibus: multitudi
consulto ipsa fugiens: Non est ergo sapientia si ab hominū ceteris abhorret:
Quoniam si sapientia hominis data est: ut nemo sit prorsus qui ea ca
pere non possit: At illi uirtutem humano gnū datam sic amplexant:
ut soli omnium publico bono frui uelle uideantur: tum mundi q̄ si ve
lint deligare oculos aut effodere ceteris: ne solem uideant: Nam qd
est aliud hominibus negare sapientiam: q̄ mentibus eorū verum ac diui
nū lumen auferre: Qui si natura hominis sapientie capax est: oportu
it & opifices & rusticos & mulieres & omnes denique: qui humana forma
gerunt: doceri: ut sapiant: pplinq; ex omni lingua et conditione et
sexu. & etate conflari: Maximū itaq; argumentum est: phiam neq;
ad sapientiam tendere: neq; ipsam esse sapientiam q̄ misteriū eius bar
bariticum celebratur & pallio: Senserunt hoc adeo stoici: qui & seruis
& mulieribus phandum esse dixerunt: Epicurus quoq; qui rudes omni
bōrum mutat: Item plato: qui ciuitatem de sapientibus voluit com
ponere Conati quidem sunt illi facere: quod ventas exigebat: sed nō po
tuit ultra verba procedi: primum: quia multis artibus opus est: ut ad
phiam possit accedi: Discende iste communes tres propter usum legāli:
Quia in tanta rerum varietate nec disci audiendo possunt omnia nec
memoria contineri: Gramaticis quoq; non parum opere dandū est:
ut rectum loquendi rationem scias: Id multos annos auferit: nec est:
Ne oratoria quidem ignoranda est: ut ea: que didiceris: proferre: atq;
eloqui possis: Geometria quoq; & musica & astrologia necēia est: q̄ he